Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in domo sapientis abrahae. sub uiro eruditissimo isaac
fuerat instituta. ut intra aliquem locum dnm putaret
esse conclusum. et illuc ire et interrogare. quid paruulorum
intra uterum exultatio designaret. Vis autem uidere
quia ex more euenit hoc scis. ut cum aliquid adeo osten
di sibi uiderint. uel abire uel transire sedicant.
Moyses cum uidisset rubum ardere et non exuri.
admiratus uisum dixit. Transeam et uidebo
uisum. hoc non utique et ipse significabat. se ali
quod terrae spatium transiturum. non montes
conscendere. nec degredi per rupta conuallium.
Prope ipsum erat uisio in ore et in oculis. sed dicit
transeam. ut ostendat se commonitum uisione celesti.
ad superiorem uitam debere conscendere. et ab his in quibus
erat ad meliora transire. sic ergo et nunc refer
tur de rebecca. quia abiit interrogare dnm.
Quae ut diximus abisse. non passibus pedum. sed
mentis profectibus aestimanda est. Et tu ergo
si coeperis intueri non ea quae uidentur. sed quae
non uidentur. id est non carnalia sed spiri
talia. non praesentia sed futura. abisse dice
ris interrogare dnm. Si eruasti de
conuersatione ueteri. et a consortio eorum
cum quibus turpiter. et notabiliter uixeres.